





1698.

- 1<sup>a</sup> Bodinus, Henricus: De abusu aestimationis et moderati-  
onis injuriarum.
- 1<sup>b</sup> Bodin, Henricus, de: De abusu aestimationis et moderati-  
onis injuriarum.
- 2<sup>a, b, c</sup> Bodinus, Henricus: De praerogativa successione agnato-  
rum. 3 Exempl.
- 3<sup>a, b</sup> Cellarius, Christophorus: De studiis Romanorum littera-  
ris in urbe et provinciis 2 Exempl.
4. Hoffmannus, Fredericus: De coxalgiis seu sanguinem  
sistentibus.
5. Hoffmannus, Fredericus: De anthelminticis.
6. Hoffmannus, Fredericus: Dissertatio inang. medica,  
exhibens historiam dentium physiologicam et pathologicam  
pertractam.
7. Lith, Joh. Guilielmus, A: De officio principis circa  
bellum suscipiendum.

- 8<sup>a</sup> MuelDener, Dr. Christianus: De protectione ab impe-  
ratore ecclesiis utriusque religionis in Germania  
aequaliter debita.
- 8<sup>b</sup> Ludovici, Jacobus Fides: De protectione ab imperatore  
ecclesiis utriusque religionis in Germania aequaliter  
debita.
9. Schneider, Joh. Friedemannus: De norma actuum mora-  
lium.
10. Stahl, Georgius Ernestus: De requisitis bonae nutritionis.
11. Stahl, Georgius Ernestus: Dissertatio medica, qua tempera-  
menta physiologico-physiognomico-pathologica-  
mechanice enucleantur.
12. Stahl, Georgius Ernestus: De podagrae nova pathologia
- 13<sup>a</sup> Stykius, Dr. Samuel: Gottopredi Antonii Fe. Disputatio  
feudalis I de jure feudali, feudique definitione et divisio-  
nitus.
- 13<sup>b</sup> Stykius, Dr. Samuel: Gottopredi Antonii, Fe. Disputatio feu-  
dalis II de his, qui feudum dare et accipere possunt.

- 13<sup>c</sup> Strykius, Jo. Samuel: Gothofredus Antonii Fe. Disputatio feudalis III  
de rebus, quae in feudum dantur.
- 13<sup>d</sup> Strykius, Jo. Samuel: Gothofredus Antonii, Fe. Disputatio  
feudalis IV. de feudi per investituram constitutione
- 13<sup>e</sup> Strykius, Jo. Samuel: Gothofredus Antonii Fe. Disputatio  
feudalis V. de feudi acquisitione
- 13<sup>f</sup> Strykius, Jo. Samuel: Gothofredus Antonii Disputatio feudalis  
VI de successione foeminarum clericorum et imperfectorum.
- 13<sup>g</sup> Strykius, Jo. Samuel: Gothofredus Antonii Fe. Disputatio feuda-  
lis VII. de obligatione feudali.
- 13<sup>h</sup> Strykius, Jo. Samuel: Gothofredus Antonii Fe. . . . Disputatio  
feudalis VIII. de renovatione investiturae feudalis.
- 13<sup>i</sup> Strykius, Jo. Samuel: Gothofredus Antonii Disputatio feudalis  
IX. de jure vasalli et prohibita feudi alienatione
- 13<sup>k</sup> Strykius, Jo. Samuel: Gothofredus Antonii, Fe. Disputatio feu-  
dalis X de feudi licite alienati revocatione

- 13<sup>l</sup> = Strykius, Jo. Samuel: Godefridi Antonii Fe. ... Disputatio  
 feudalis XI quibus modis feudum amittatur.
- 13<sup>m</sup> = Strykius, Jo. Samuel: Godefridi Antonii Fe. Disputatio  
 feudalis XII. de revocatione feudi finiti et amitti.
- 13<sup>n</sup> = Strykius, Jo. Samuel: Godefridi Antonii Fe. Disputatio feuda-  
 lis XIII. de actionibus ob feudum competentibus.
- 14<sup>a. b</sup> = Strykius, Jo. Samuel: De remediis contra rem judicatam.  
 2 Exempl. 1698 et 1704.
- 15<sup>a. b</sup> = Strykius, Jo. Samuel: Dissertatio inaus. sistens processum  
 juris Romani antiquum. 2 Exempl. 1698 et 1745.
- 16<sup>a. b</sup> = Strykius, Jo. Samuel: De immunitate domini a periculis.  
 2 Exempl. 1698 et 1739.
- 17<sup>a. b</sup> = Strykius, Jo. Samuel: De execrationibus testatorum.  
 2 Exempl.



3  
Pri. 48. num. 34. ~~P. 22. 32~~

DISPUTATIO JURIDICA

De,

1698 2a 3  
**PRÆROGATIVA  
SUCCESSIONIS AGNA-  
TORUM,**

*Secundum jus Divinum, Naturæ & Gentium*

Quam

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

P. 244  
**DN. FRIDERICO  
WILHELMO,**

ELECTORATUS BRANDENB. HEREDE, &c. &c.

RESPONDENS

**JOANNES MATTHIAS REINHARD,**  
LIBER BARO von der Recke /

PRÆSIDE

**HENRICO BODINO,**

SERENISS. AC POTENTISS. ELECTORIS BRANDENB. CON-  
SILIARIO ECCLESIASTICO IN DUC. MAGDEB. ET PROF. JURIS ORDIN.

Ex ejusdem privatis discursibus collectam

*Publice ventilandam proponit*

IN ACADEMIA ELECTORALI FRIDERICIANA

*Ad diem 18. August. Anno 1698.*

IN AUDITORIO MAJORI

HALÆ MAGDEBURGICÆ,  
Literis Christiani Henckelii, Acad. Typogr.



DISPUTATIO JURIDICA

PRÆROGATIVA

SUCCESSIONIS AGEN-  
TORUM

JOHANNES WILHELMUS HENDEL, Sc. &c.

RECTOR MAGNIFICENTISSIMO

DR. HERRMANN

WILHELMUS

JOHANNES WILHELMUS HENDEL, Sc. &c.

JOHANNES WILHELMUS HENDEL

ELISEA BÄCKER

PRÆSIDI

JANUARIUS BOETTNER

JOHANNES WILHELMUS HENDEL

ELISEA BÄCKER

JOHANNES WILHELMUS HENDEL



IMODI SERENISSIMO  
PRINCIPI JUVENTUTIS  
FRIDERICO WIL-  
HELMO,

MARCHIONI BRANDENBURGI-  
CO ET ELECTORATUS HEREDI, DUCI BO-  
RUSSIÆ, MAGDEBURGI, CLIVIÆ, JULIACI, MON-  
TIUM, STETINI, POMERANIÆ, CASSUBIORUM  
ET VINIDORUM, ET IN SILESIA CROSNÆ,  
BURGGRAVIO NORIMBERGENSI, PRINCIPI  
HALBERSTADH, MINDÆ ET CAMINI, CO-  
MITI HOHENZOLLERÆ, MARCÆ ET RA-  
VENSBERG, DYNASTÆ IN RAVENSTEIN,  
LAUENBURG ET BUTAU,  
ETC.

FRIDERICIANÆ ACADEMIÆ  
RECTORI MAGNIFICEN-  
TISSIMO

*Domino suo Clementissimo.*



SERENISSIME PRINCEPS, DOMI-  
NE CLEMENTISSIME.



Non solum Tua Fridericana, quæ sub  
Clypeo Tanti Principis quotidie efflo-  
rescit, sed omnes quibus generosa tua  
virtus innotuit, cum admiratione con-  
templantur, imagines Majorum Po-  
tentissimæ STIRPIS BRANDEN-  
BURGICÆ, IN TE, OPTIME PRINCEPS,  
replen-

resplendere. Nec mirum. Habes enim ante oculos Sa-  
pientissimi DOMINI PATRIS vivum & incomparabi-  
le exemplum, quem res bellicæ fortiter gestæ prædicant,  
quem pietas, Justitia & sollicitudo pro omnium subdi-  
torum felicitate & incremento, parem non habere sinunt;  
Habes Vestigia Maximorum Heroum GENTIS BRAN-  
DENBURGICÆ, qui cum vita & sanguine nil nisi summi &  
eximii in TE transmiserunt, quo gloria Tanti Stemmat  
per TE ad omnem posteritatem derivetur. Tuo ergo  
exemplo optime confirmatur, quantum prærogativæ  
ipsa natura per virtutem Majorum & stirpis celsitudinem  
tribuat; Et quantum reipublicæ interfit, avitam gloriam  
in posteris continuari, cum ergo sub TUIS exoptatissimis  
auspiciis DE PRÆROGATIVA SUCCESSIONIS  
AGNATORUM in hac tuæ devotioni subjecta Frideri-  
ciana meditationes quasdam conscripserim & ad dispu-  
tandum proposuerim, illas hic ad pedes tuos submisso  
cultu deponere, tuasque facere ausus sum, non quod  
exiguæ hæ primitiæ Academicæ excelsum nomen Tanti  
Principis mereantur; sed, ut sub Jubare TUO, illis, aliâs pa-  
rum æstimandis, decus & auctoritas accedat; Condone,  
Serenissime Princeps, si quid temeritatis in eo admittam,  
& gratiosissimè permitte, ut de prærogativa agnationis  
disquirenti, prima fronte fortunatissimus fructus agna-  
tionis potentissimæ STIRPIS BRANDENBURGICÆ in TUO  
nomine oculos feriat, animumque convincat; meque  
hoc clementissimo favore erige, ut me totum Serenitati  
Tuæ

Tuæ addicere mihi liceat. — Interim indefessa ad Deum  
mitto vota, ut TE Maximorum Heroum & optimorum  
Principum optimam progeniem ac felicitatis terrarum  
Brandenburgicarum spem, excelsis omnium Majorum  
Tuorum dotibus porro coronare, Teque in futuri seculi  
splendissimum ornamentum proluxa prosperitate beare,  
semperque in Gremio gratiæ suæ conservare velit, qui  
unice me devovi ut sim

*Serenissime Princeps,  
Tuæ Celsitudinis*

Subjectissimus ac obsequentissimus  
fervus

**JOHANN MATTHIAS RHEINHARD,**  
LIBER BARO von der Rede.



I. N. D. N. I. C.



**P**ostquam Omnipotens omnium rerum conditor, <sup>Primævum</sup> <sup>Dominium</sup> <sup>in res crea-</sup> <sup>tas.</sup> Homini tanquam creaturarum præstantissimo, ad ideam sui formato, ex ineffabili munificencia jus in quæcunque sublunaria concessit *Gen. 1. v. 26. Ps. 8.*

*v. 7. & seqq.* illud si in primæva integritate perstitisset, in omnigena sufficientia ad posteros sine certa cuique assignanda proprietate, communi quodam usufructûs modo transmisisset, vid. apprimè Connan. *comm. Jur. Civ. lib. 1. cap. 6. n. 9.* Hopper. *Seduard. seu de vera Jurisprudencia lib. 2. tit. 5. edit. Conring. p. 84. in pr.* Opalen. *de offic. lib. 2. cap. 1. part. 1.* Concessa <sup>Origo pec-</sup> <sup>cati.</sup> verò eidem simul libera electione ac arbitrio, utrum in æterno Dei verbo, *Job. 1.* tanquam in arbore vitæ, unicè acquiescendo, amplissima totius Naturæ dona, ad solius creatoris gloriam adhibere, & sic in & per arborem vitæ in æternum vivere, hoc est, omne bonum suum unicè in Deo quærere (vide elegantissimè hæc deducentem L. Opalenium *de Offic. in prolegom. & lib. 1. cap. 1.*) an verò propriam voluptatem sectando,

A 2

quid

*Peccatum  
originis.*

*Proprietas  
rerum seu  
distinctio  
Dominio-  
rum orta ex  
peccato.*

*Limites pri-  
vati Domini*

quid sibi bonum malumve judicet, eligere, suasque cupiditates, ac commoditates, abominabili arrogantia, sanctissimæ divinæ voluntati anteferre velit *Gen. 3. v. 9. & v. 16.* ipse antiqui serpentis, id est, peccaminosi affectus ac Diaboli instinctu, imaginatam jucunditatem ac delicias hujus vitæ, arbori vitæ præferendo, carnem suam contaminavit, & sic se ipsum, ut non sibi sed Deo creatum, *Rom. 14. v. 6. & seqq.* supra Deum collocavit, organumque ac habitaculum ipsius Dei *1. Cor. 6. v. 16.* ad voluptates carnis adhibendo, & ita multiplicationem sui appetendo, ex tali carnali affectu, non nisi carnem produxit *Job. 3. v. 6.* ut adeo ejus posteritatem in & ex peccato formati ac conglutinati sint *Pf. 51. v. 7.* Hic fons & origo pravorum affectuum, pristinum ad Dei gloriam unice destinatum, sanctissimum communem creaturarum usum plane perturbavit ac cuique aliquid proprii postulavit; Quam proprietatem, tanquam in statu corrupto inevitabilem, ne in graviora homines incidant peccata, optimus Deus nova legislatione non solum in monte Sina munivit, sed & illam in tantum cordibus hominum ita implantavit, ut respicientes magna Dei opera, illorumque naturalem usum, per reliquias rationis, ex admiranda hujus mundi oeconomia intelligere possint, quomodo in statu hoc corrupto ac depravato, ad evitanda graviora incommoda ac mala, quisquis in misera illa communi omnium indigentia constitutus, ex rebus aliis naturaliter communibus, sibi aliquid proprii quærere debeat, ita tamen, ut in pari calamitate deprehensus, (hoc est, cæteris hominibus) ad



ad naturæ conservationem & supremi mundi Domini voluntatem, potius succurrat, quam ut in aliena invadat, eaque appetat; quò tota secunda tabula Decalogi pertinet. Et sic ex hac penitiori consideratione patebit, hoc, quod privatum Dominium vocamus, non ex primaria Dei voluntate in statu perfectiori, sed ex secundaria constitutione in statu corrupto, originem trahere, illudque nec cum Magno Hug. Grotio de J. B. & P. lib. 2. cap. 2. §. 2. & seqq. mero hominis arbitrio ac juri Gentium, nec cum Bœclero in notis ad d. locum Grotii, primævo Dei instituto, sed juri quidem Naturæ, at naturæ corruptæ & lapsum seu propriam ac communem hominum malitiam præsupponenti deberi, confer. ingeniosiss. Dn. Thomas. Jurisp. Div. lib. 1. cap. 2. §. 44. & seqq. & lib. 2. cap. 10. §. præsertim 96. & c. Opalen. de offic. lib. 2. cap. 1. part. 1. & 2. Quæ meditatio, si in pietate cum Deo instituat, eò juvabit, ut non solum iniquum mammonem re-ctius agnoscere, sed & quæ propria vocamus, ad aliorum indigentium necessitatem, adhibenda esse, intelligere possimus, Opalen. lib. 1. cap. 1. part. 2.

*Communitio est juris Naturæ primævi.*  
*Distinctio: Dominiorum juris naturæ secundarii.*

*Usus hujus doctrine.*

Th. II.

Quibus autem modis Dominium naturale acquiratur, quot ejus sint diversæ species, ac quales producat effectus, de eo jam non erimus solliciti, quamvis & hæc materia magis fusè quam ex veris fontibus à plerisque Jctis tractata, enucleatione quadam indigeat. vid. Excell. Dn. Thomas. d. lib. 2. cap. 10. inde à §. 100. Illud tantum hac vice explicandum

*Fundamen-  
tum succes-  
sionis ab in-  
testato.*

dum mihi proposui, ad quem homine moriente, quicquid in hoc mundo possedit, & ad quod jus habuit, ex Dei & naturæ lege potissimum devolvi debeat? quod jus hereditarium vocare solemus. De quo ut eò rectius statuatur, præsupponimus, Domini primarium effectum esse, ut quod meum est, ex mea voluntate in alium transferre possim; Cùm autem post mortem, dominium (sæpius magno labore ac sudore quæsitum,) retineri non possit, neque tamen credibile sit, defunctum ejus mentis fuisse, ut post mortem suam pristina ejus bona occupanti cederent, meritò in illos hæc bona devolvenda erunt, quibus defunctum quàm maximè benefacere, illisque labore & sudore suo prospicere voluisse aut debuisse probabile est, vid. H. Grot. de *J. B. & P. lib. 2. cap. 7. §. 3. & §.*

*Prima suc-  
cessio libero-  
rum, unde?*

9. ubi nemo facile negabit, primam bonorum successionem liberis deberi, quod credantur parentes illis, quibus per genituram corpus & vitam dederunt, tanquam proprii corporis partibus etiam de futura sustentatione ac svavius transigenda vita prospicere, & ab eo tempore, quo ipsi rebus suis amplius frui non possint, in hos omnia transferre voluisse Grot. *d. l. n. 5. Opalen. de offic. lib. 2. cap. 2. part. 2.* attamen,

*Naturali-  
ter non æ-  
qualis.*

cùm æquè negari nequeat, procreationem liberorum ex honestate naturali pro principali fine habere, quò patres in liberis vivant, ac nomen & stemma illorum, in gloriam Dei & ad officia Deo ac hominibus præstanda, in natis posteretur ac quasi continetur, certum erit, ad patrem quod attinet, illis liberis magis eum providere voluisse, præsumendum esse, qui memo-



memoriam ejus ad posteritatem deferre, ejusque nomen ita continuare debebant, quos non solum sibi procreavit, sed qui etiam ad ipsius familiam nati, & inde cœteris in familia adgnati seu *agnati* dicuntur.

Th. III.

Antequam autem prærogativa successionis *Agnatorum* clariùs demonstraretur, operæ pretium erit *Agnati qui-* investigare, quinam proprie *Agnatorum* nomine ve- *nam.* niant, ubi quidem ex decisione Jcti Caji in l. 7. ff. de *legit. tutor. agnati* dicuntur, qui per virilis sexus perso- nas cognatione juncti sunt, quasi à patre cognati; quia tamen hæc definitio conceptum formalem ac causam ejus moralem non exprimit, neque omni æquivocatione caret, ideò illos *Agnatos vocamus, qui ad eandem familiam procreati sunt.* Cùm ergo extra matrimonii vinculum, *Naturales* præter intentionem ac spem patris ex libidinoso coitu *tantum, non* concepti, patri non nascantur, nec propriè ad illum *sunt Agnati.* pertineant, hi agnatorum nomen non merentur, immò talibus à patre nec alimenta deberi, nisi in subsidium (nè scilicet aliàs damnum in remp. redundet) *Nec his à* sustinebimus. Qua occasione communem fere ju- *patre de-* dicatorum Ecclesiasticorum praxin, qua simpliciter *bentur ali-* stupri confessos ad alimentationem partûs constrin- *menta.* gunt, notare placet, tanquam sine genuino principio *Notatur* nimis generaliter intellectam, nisi enim pater fœmi- *contraria* nam cum hujus consensu ità sibi appropriaverit, ut ex *praxis.* ejus sanguine & corpore ipsi ad ejus familiam & posteri-

*Ratio cur  
stuprator  
ad alimenta  
teneatur.*

steritatem liberi nascantur, (in quo formalis conceptus veri matrimonii consistit) ad patrem liberi non pertinent; Effectus enim morales non ex solo actu physico, sed ex intentione agentium oriuntur, nisi quatenus, ex necessaria cohærentia & accessionis jure, aliquid alteri tanquam principali, adhæreat; unde tales partus tanquam partes viscerum matris, ejus sunt, cujus est mater, & si mater sui juris sit, ad ipsam solam partus pertinebit *l. 19. l. 24. ff. de Statu Homin.* Quapropter illa & non pater huic partui de alimentis prospicere tenetur; Quia verò illa per hanc obligationem damno afficitur, quod damnum ipsi ex facto patris contigit, ideò genitorem meritò actione *L. Aquilia* ad resarciendum hoc damnum convenire potest, dummodo improba persuasione stupratoris seducta sit, & non vel in majori vel saltem æquali turpitudine cum illo versetur, quæ sexui imbecilliori indubio non imputanda; illa enim, ad quam solus pater sine matrimonii solennibus consuetudinem habuit, in effectu juris externi, pro inhonesta muliere haberi non debebat, cum tali enim quis castè vivere dicitur *Nov. 18. cap. 5. ceu in conjugio inæquali l. 3. C. de Natur. lib. add. Excell. Dn. Pagenstecher. ad Lauterbach. comp. ff. tit. de Concubinis.* Talesque improbitate stupratoris illectæ & seductæ, omni commiseratione & favore ad damni perpeffi reparationem, potius, quam odio dignæ. vid. *Deuter. 22. v. 29. cum simil. prostibula vero & meretrices omni modo extirpandæ. Deuter. 23. v. 17. Levit. 19. v. 29.* Quod si ergo stuprata cum stupratore de alimentis transegerit, aut mere-

meretricio more vixerit, prædicta actio Legis Aquiliæ aliàs in heredem quoque transiens & ipsi & partui ad sumtus alimentorum consequendos contra patrem deneganda. Partui enim tali nulla actio, nisi ex persona matris contra patrem competit. Si tamen propter inopiam vel mortem Matris partui alimenta plane non suppetant, poterit Magistratus ex officio patrem ad præstanda alimenta constringere, ne ex ipsius turpi facto respublica onere alimentationis gravetur.

Th. IV.

Porro, quamvis filiæ in matrimonio natæ, tanquam ex muliere quæ ad patrem pertinuit conceptæ, patri nascantur, & ejus sint, tamen si illæ per matrimonium in mariti potestatem venerint, aut contra patris voluntatem in ejus familia concubitus admiserint, partus illarum ad patrem mulieris ejusve familiam non pertinent, & sic agnatorum jure non gaudent vid. Calvin. *Lexic. Jurid. voc. agnati* neque propriè agnati sunt, qui non ab eodem stemmate prognati, licet per patrem conjuncti sint, *l. 2. ff. de suis & legitimis Hered. §. 1. Inst. de legit. agnat. success.* Unde amitæ filius agnatus non est, *§. 1. Inst. de legit. agnat. tut.* ad filios verò quod attinet, illi quidem patri gnati, non tamen agnati sunt, sed inter fratres invicem & per hos descendentes masculos agnatio introduci-  
tur, vide optimè hæc deducentem Calvinum *d. l.*

*Ex filia natus Agnatus non est.*

*Liberi omnes, patri non sunt agnati.*

Th. V.

De legitimatis notandum, quod qui per subse-  
B quens *Legitimati*

*ti per subse-* quens matrimonium tales existunt, in tota familia jus  
*quens ma-* agnationis consequantur l. 5. 10. 11. C. de natural. liber.  
*rimonium* Nov. 74. in pref. Nov. 89. cap. 8. Carpzov. p. 3. const. 28.  
*sunt agnati.* def. 17. modò revera matrimonium & sic per hoc le-  
 gitimatio talis intervenerit, quam non fieri existima-  
 mus, si consensus matrimonialis non nisi in articulo  
 mortis, postquam nulla spes recuperandæ salutis ad-  
 fuit, intervenit, à qua opinione non recedit Illustris  
 Dn. Stryk. accuratissimus usus forensis Germaniæ  
 observator in *tr. de Success. ab intest. diff. 1. c. 2. n. 62.* dum  
 communem ibidem recensitam opinionem ità re-  
 stringit: *modò fraudis suspicio absit*, quæ fanè non abest,  
 si vir non aliter quàm in articulo mortis in consum-  
 mationem matrimonii consentire voluit, dum con-  
 trà si sponsus post imprægnationem sponsæ lethali  
 vulnere vel morbo corripitur, & sic in articulo mor-  
 tis consensu conjugalem palam declarando, solennia  
 matrimonii adhiberi curaverit, partus satis legitimus  
 erit, de quo casu laudatus Maximus Jctus cum allega-  
 tis sine dubio intelligi debet; qui tamen partus etiam  
 sine interventu ritus nuptialis legitimus esset, & o-  
 mnia agnationis jura haberet, vid. Struv. *Jurispr. Rom.*  
*Germanico-for. lib. 1. tit. 7. n. 4.* cum ibidem alleg.  
*Carpz. & Dec. Elect.* scilicet, quod inter contrahentes,  
 sponsalia de præsentibus & sic matrimonium, quamvis  
 non solenne interfuerit vid. C. pen. de sponsal. §. 3. X.  
*de sponsa duorum ibique DD.* Qui verò per rescriptum  
*Principis legitimantur*, (quod quidem non aliter pro-  
 cedit, quam si mater legitimandi in matrimonium  
 duci non possit, vid. Nov. 89. cap. 9. Lauterbach. comp.  
 ff. de his qui sui vel alieni juris sunt. §. 3.) reliquis in fami-  
 lia

Non verò  
 qui per re-  
 scriptum  
 Principis  
 legitimantur.

lia agnati non fiunt, quamvis enim DDres vulgò illis, si liberi non extent, jura legitimorum liberorum indistinctè tribuant vid. Struv. *Synt. J. C. ex. 3. tb. 55. cum ibidem citatis.* tamen hoc solum respectu patris, qui tales sibi legitimari voluit, non verò respectu agnatorum intelligendum, cum ejusmodi civilis fictio aliorum quæsito naturali juri contra ipsorum voluntatem præjudicare non debeat; Unde concludimus, quod, quamvis pater, filios legitimos habens, illegitimum expresse ad hoc, ut sibi simul heres existat, legitimari curaverit (quod moribus Germaniæ, refragante licet *d. Nov. 89.* fieri posse tradit *Gail. 2. obs. 141. n. 6.*) & ita hic eidem succedat, illis legitimis ejusdem patris filiis agnatus tamen non erit, arg. *§. 8. V. sed nec. Inst. de Hered. qua ab intest. def. l. 23. l. 26. ff. de adopt.* nullibi enim per talem legitimationem jus agnationis aut familiæ introductum legimus, hinc fratri consanguineo, quamvis ille fratres vel sorores utrinque conjunctos non reliquerit, non succedet, & ex hac ratione in jure civili Romano, licet major tum temporis, quam hodie Imperatorum auctoritas fuerit, hujus legitimationis nulla fit mentio. Et quamvis Imperator Justinianus in *Nov. 89. cap. 9.* legitimationis hujus mentionem faciat, attamen ibidem præsupponit, alios liberos non extare, & propriè per talem legitimationem non nisi restitutio natalium inducitur, neque enim Imperatori in *d. Novella* credimus, distinctionem inter liberos legitimos & naturales tantum esse meri juris Civilis, ac inter hos de jure naturæ differentiam non existere, cum retro demonstratum ac in tota natura manifestum sit, fœtum esse ejus cujus est mater,

*Licet expresse ad hoc legitimari sint, ut patri cum legitimis succedant.*

cujus ergo mater per matrimonium non fuit patris, ille naturali jure patris filius non est, utut civili fictione ad instantiam patris Imperiali rescripto pro tali habeatur, quod ad alias personas, ex ipsa natura radicatum jus habentes, in illorum præjudicium, non extendendum.

Th. VI.

*Nec arrogatio nec adoptio jus agnationis tribuit*

Et sic ex eadem ratione nec arrogatio nec adoptio jus agnationis respectu aliorum in familia existentium tribuit, nisi ipsa natura concurrente, unde nata est distinctio, quod adoptati ab adscendente in familiam adoptantis transeant §. 2. *Inst. de adopt. l. pen. C. eod.* & huc quoque referenda decisio Modestini *in l. 7. ff. de adopt.* adoptati vero ab extraneo, familiæ jura non consequantur *dd. text. & DD. ibid.* Unde licet arrogatus patri *agnasce* dicatur §. 1. *Inst. Quib. mod. Test. infirm.* fratribus tamen & reliquis in familia agnatus non erit; quod enim dicitur in §. 2. *Inst. de legit. agnat. success.* per adoptionem jus agnationis consistere, etiam inter filios naturales & adoptivum invicem, illud in terminis habilibus, de adoptione scilicet ab adscendente facta intelligendum, videlicet, cum pater adoptati per emancipationem ex familia avi exierat, filium ejus ab avo adoptatum illa familiæ jura rursus consequi ibidem deceditur, quum per adoptionem nullius alterius, quam patris adoptantis jus cognationis acquiri possit, vid. *Calv. Lexic. in voc. Adoptio.* Quamvis vero jus agnationis apud Romanos per emancipationem exprimerit §. 3. *Inst. de legit. agnat. tut.* & §. 9. *Inst. de hered. que ab intest. def.* tamen, quemadmodum quoad successionem, respectu patris, heredes suos non habentis

*Nec per emancipationem tollitur.*

tis



tis, jamdudum Prætor illud iniquum judicavit, dando bonorum possessionem UNDE LIBERI d. §. 9. *Inst. de hereditat. que ab intest. def.* ita quoque respectu aliorum agnatorum (præterquam fratrum, qui in potestate remanserunt, quamdiu tales & horum descendentes supersunt) jus agnationis non extingvitur. Contra uxoris liberi per unionem prolium in Germania receptam patri quidem legitimi heredes efficiuntur, vid. *Struv. synt. Jur. Civ. exerc. 3. th. 66. cum DD. ibidem citatis*, liberis tamen patris, aliisque in familia illa existentibus agnati non fiunt, quoniam illi dum nascebantur, non ad Vitrici sed ad defuncti patris illorum familiam producebantur; Quamvis enim Agnatio per fictionem civilem introduci dicatur *l. 23. ff. d. adopt.* imò naturali cognationi interdum opponatur ac solo civili jure nitatur, *l. 4. §. 2. ff. d. grad. & affin.* tamen sola hæc fictio civilis sine naturali vinculo, personas inter quas fictio introducta non egreditur. *l. 6. ff. d. J. N. G. & C.* ut sic absolute Agnati in familia, non nisi per naturam constituentur.

*Nec per Unionem prolium introducitur.*

Th. VII.

Et ut eo manifestius appareat, Agnationem, proprie ex generatione patris cum intentione sibi nomen & familiam propagandi, introduci, nec solam generationem sufficere, notandum, per matrimonium ad Morganaticam, quod jure Naturæ & Divino recte subsistere existimamus, arg. *Gen. c. 25. v. 5. 6.* nec proprios liberos legitimos Agnatos fieri; cum hi citra intentionem, ut in his nomen, dignitas & familia patris continetur, producantur, & tales liberi sola

*Ex Matrim. ad Morganaticam nati non sunt agnati.*

B 3

Mor-



Quomodo  
hoc Matrimo-  
nium a  
Concubina-  
tu differat.

Morgengaba hoc est donis nuptialibus contenti, familia paterna exire jubentur. vid. Hotom. in Lex. verb. feud. voce Morganatica; differt autem hoc Matrimonium a Concubinato, quod illud procreationem sobolis respiciat & indissolubile vinculum contineat, & inde verum matrimonium fit, hic vero solam conserudinem corporis, seu libidinis expletionem pro fine habeat; l. 1. §. 1. l. 3. pr. ff. d. Concub. & hinc liberi ex concubinato soli matri & non patri nascantur; vid. tot. tit. C. d. nat. lib. ibiq. Dd. H. Gr. d. J. B. & P. l. 2. c. 5. n. 15. Mich. de Luna d. rat. civ. Imp. l. 4. c. 5. n. 4. & seqq. Marc. Anton. d. Dom. lib. 5. d. Rep. Eccles. c. 11. n. 58. & seqq. & quamvis hic n. 60. ibid. statuere videatur, naturaliter inter concubinatum & matrimonium non esse differentiam, hoc eo intelligimus, ut si quis libidinis causa cum perpetuo vinculo certæ mulieri adhæreat, hanc juxta Dei voluntatem in statu corrupto, uxorem esse debere. 1. Cor. 7. v. 2. unde concubinatus matrimonio contradistinctus merito improbandus Rec. Imp. de anno 1530. & 1548. Ord. Polit. tit. 26. Kitzel d. matrim. c. 9. th. 3. quæ autem in jure Romano de naturalibus liberis, id est, ex concubina natis, traduntur, recte applicantur ad illos qui ex illegitimo coitu soluti cum soluta nati sunt. Gratian. disc. for. t. 1. c. 31. confer. Illustris Dn. Stryk. supra laudat. tract. de Succ. ab intest. Diff. 1. c. 2. n. 53. & Diff. 7. c. 2. §. 29.

Th. VIII.

Liberi patris agnati non sunt.

Licet autem liberi patri suo proprie Agnati non sint, cum Agnati ex latere tantum Domum attingant. l. 7. ff. si tab. testam. postumi tamen patri, seu potius ejus familiæ agnasci dicuntur. §. 1. l. quib. mod. testam. infirm.

*firm. l. 1. l. 3. & l. 8. ff. d. inj. rupt. & irr. testam. l. 12. ff. d. suis & legit.* & hoc sensu quoque proximiores ex Agnatis sui vocantur in *l. 10. ff. d. gradib. & affin.* attamen Patre vero mortuo patre non solum sui heredes sunt, sed etiam *mortuo inter* Agnatos primum locum occupant, *l. 2. pr. ff. un-ter agnatos de legitimi. l. ult. in pr. ff. d. bon. damnat.* quæ autem *ex primi sunt.* lege Voconia fuerit distinctio inter Agnatos consanguineos & Agnatos tantum, latè explicat Calv. *L ex. Jur. voce Agnati.*

Th. IX.

Hinc tandem concludimus Agnationis jus non ex Civili Romano jure, sed ex ipsa natura & patris generantis intentione originem trahere, ita tamen ut hoc non ad jus naturæ dispositivum, sed negativum referendum sit, ut sic contraria civili lege aliud introduci possit; scilicet dum successio ab intestato præsumta voluntate defuncti nititur, per retro demonstrata, unusquisque subditorum autem præsumatur illud voluisse quod communi jure introductum, ideo si speciali lege sublata agnatorum & cognatorum differentia, successio secundum proximitatem sanguinis deferatur, tunc illi, quibus hæc lex data, in tales successores consensisse videntur, nisi alia ipsorum mens appareat, quippe in ultimis voluntatibus cessat dispositio legis ubi locum habet dispositio hominis, *per vulgata,* ubi vero talis lex positiva vel ejus observantia deficit, standum erit naturali generantium intentioni quæ magis continuandæ memoriæ, nominis ac familiae patris innititur. Quod vel ex eo solo apparet, quod liberi naturales tantum, licet eodem sanguinis vinculo patri jungantur, tamen eidem non sicuti legiti-

*Agnationis jus fundatum in jure Naturali.*

*Contraria tamen lege tolli potest.*

*Qua deficiente Agnati præferendi.*

*Quod in naturalibus*

*giti-*

*liberis ap-  
paret.*

gitimi succedant; uti hoc tanquam in confesso positum, nulla probatione indiget; nec est quod quis ejus fundamentum in eo quærere velit, quod tales contra legis prohibitionem concepti sint; cum illa transgressio in ipsis transgressoribus, non in innocentibus liberis punienda esset; *tot. tit. C. ne filio pro patre.* manet ergo hujus juris fundamentum, in patris cum foemina consuescentis intentione; ex qua omnes actus morales ad effectus juris determinantur.

Th. X.

*Liberis legitimis de jure Naturali aequalis successio non debetur.*

*Filia non ad patris sed ad aliorum familias nascuntur.*

*Ipsi præter dotem nihil debetur.*

Cum ergo potissimum illi patri sint heredes quos hic ex corpore & sanguine ad ipsum pertinente, (quæ inde ipsius caro dicitur) sibi procreavit, inter hos iterum intentio Patris juxta ordinem naturæ respicienda erit; jam autem ordo naturæ est, ut mas non foemina sit familiæ caput: unde Pater generando filium, novum in posteris familiæ suæ caput producit, in quem cum ipsius perpetuo nomine omnia sua jura moriens transferre vult, filia vero nomen & sanguinem patris ad posteros non transmittit, sed nubendo totum suum corpus ad alius familiæ propagationem concedit, ut & ipsa non amplius de patre sed de marito nomen & familiam sortiatur. Gen. 2. v. 23. quapropter in ordine naturæ præter necessaria alimenta eidem exhibitis paternis nihil aliud deberi videtur, quam ut hoc, ad quod a naturâ producta est, virum scilicet sortiatur, quod constituendo ipsi congruam dotem satis promovendi veri apparet; unde de jure divino ad matrimonium filiarum in potestate constitutarum ne quidem illarum consensum requisitum fuisse existimamus, sed quantum ad societatem inter homines solum in organon

ge-

generationis productæ, a patre viro quem ipse eidem  
 constituebat tradebatur. arg. *Exod. 21. v. 7. & seqq. Nu-*  
*mer. 30. v. 6. Jos. 6. 15. v. 16. 1. Sam. c. 18. v. 17. & seqq. & c. 25.*  
*v. ult. junct. 2. Sam. 3. v. 13. 14. 15. 16. 1. Reg. 2. v. 17. & seqq.*  
 veletiam cœlibatui devovebatur. *Judic. 30. v. 39.* quod  
 juri N. Test. quoque convenit. vid. *1. Cor. 7. v. 36.* nec  
 obstat exemplum Rebeccæ quæ Isaac per servum  
 Eleazarum desponsanda a Parentibus interrogata le-  
 gitur, utrum in illud iter consentire velit; *Gen. 24. v. 58.*  
 Hæc enim jamdum antea a Patre Bethuele & fratre  
 Labano simpliciter erat nuptui tradita. v. 51. & postea  
 non de consensu nuptiali, sed solum an Servo Eleaza-  
 ro sese ad iter faciendum committere velit interroga-  
 batur. De cœtero ex tota sacra Historia constat, quod  
 præter dona nuptialia, filiæ ex patrimonio parentum  
 nihil acceperint, & omnis successio filiis & Agnatis re-  
 manserit; Neque etiam destinationes Divinæ, de an-  
 nunciato Messia ex certo sanguine & familia oriundo,  
 per fœminini sexus propagationem adimpletæ sunt,  
 sed tota Genealogia Salvatoris nostri, per continua-  
 tum stemma ex sexu virili deducitur usque ad Bea-  
 tissimam Deiparam, quæ ante quam viro traderetur  
 & ita adhuc in paterna familia consistens in illam &  
 non in mariti familiam supernaturali modo concepit,  
 quod eo pertinet non in filiabus, & ex illis natis, sed  
 in masculorum posteritate gloriam, nomen & me-  
 moriam parentum continuari.

Th. XI.

Enimvero non ita simpliciter agnoscimus effa-  
 tum Carpzovii tract. d. Jurib. fœmin. singul. mox in successio in-  
 princ. quod injuriosi sint in Deum & naturam, qui Se-  
 ter mares &

C

xui fœminas,

*Jure Divi-  
 no filie citra  
 ipsarū con-  
 sensum, in  
 matrimoni-  
 um vel ali-  
 um usū tra-  
 di possunt.  
 Non obstat  
 exemplum  
 Rebecca.*

*De jure Di-  
 vino filiabus  
 non debetur  
 equalis suc-  
 cessio.*

*Inequalis  
 successio in-  
 ter mares &  
 xui fœminas,*



*natura non  
repugnat.*

xui fœmineo æqualia cum maribus jura denegant, merito enim utrique fœxui jura secundum cujusque officia sunt assignanda; ubi ergo generalis obligatio erga Deum & proximum, seu mera humanitas consideratur, ibi ejusdem juris rectè sunt participes, ubi vero diversi hujus Sexus diversa sunt officia, jura quoque circa hæc differre debere manifestum est; Jam autem in familia naturale Mariti officium est, ut familiæ præsit, ac inde omnibus in illa de alimentis prospiciat, *l. 5. ff. d. agn. & al. lib. 1. 2. ff. d. injur. filiasq; dotet. l. 17. ff. d. rit. nupt. l. fin. C. d. dot. prom. l. 6. d. Collat.* Mater vero non nisi in subsidium ad hoc obligata est *l. 5. §. 2. & 4. ff. d. agn. & al. lib. 1. 14. C. d. jure dot. l. 19. C. d. heret.* Ut ergo filii, familiæ per illos propagandæ rectè prospicere possint, hi in paternas facultates ad necessitatem familiæ comparatas præ filiabus merito succedunt, contra fœminis ut maritos invenire possint, dos omnimodo salva manere debet, quo omnia privilegia dotis pertinent; Neque obstat quod Apostolus Paulus in *Ep. ad Rom. c. 8. v. 17. & ad Gal. 4. v. 7.* jus succedendi omnibus liberis deberi, tanquam naturale præsuppositum indistinctè asserat: hoc enim non de portionibus æqualibus sed pro cujusq; conditione intelligendum esse, vel ex eo apparet, quod & in hereditate Cœlesti, de qua Apostolus ibidem agit, non defutura fit inæqualitas. *1. Cor. 15. v. 41.* illud tantum Paulus in allegatis textibus demonstrare volebat, ex jure filiationis sequi jus hereditarium, non tamen ibidem excludit, illud jus hereditarium in hoc seculo ex ratione quadam modificari posse; sed naturaliter sufficit, si parentes pro modo facultatum liberis ad hujus vitæ officia

officia

ficia prospiciant, quod in filiabus per earundem dotationem abunde fieri demonstratum.

Th. XII.

Illud tamen negari non potest, quod dum fundamentum naturale successione agnaticæ, in præsumpta voluntate ac voto parentum pro conservatione familiæ ponimus, nec eidem causas absolute naturales assignamus, sed tales quæ memoriam & splendorem familiæ quam maxime respiciunt, ex qua licet civili hypothese naturalis sequela ad dictam successionem inducitur; Hæc successio non æque in omnibus sit fundata, verum in illis solum locum obtineat, pro quorum stemmatum propagatione, probabilis militat præsumptio; Sic fere omnium Gentium moribus introductum, ut in regnis hereditariis mares præferantur fœminis. vid. H. Gr. d. 7. B. & P. lib. 2. c. 7. n. 17. quod mares, tum ad bella, tum ad alias imperii partes magis idonei fœminis censeantur; idem de plerisque illustribus Nobilibusque familiis orbis terrarum observari, comprobatur Fichard. 1. Cons. 3. n. 8. Knipsch. d. Fideic. Fam. c. 8. n. 173. & 206. De jure Divino Hebræorum, clara exstat dispositio Numer. 27. v. 8. 9. 10. 11. Deus enim postquam non solum populum Judaicum sibi singulariter elegerat, ac Patriarcharum posteros peculiari caractere quasi nobilitaverat, sed & ex his certum stemma certasque familias ex quibus venturus esset Silo assignaverat, prævidens duritiam cordis & incredulitatem hujus populi, ut evidentius veritas prædictionum constare posset, familias illorum distinctas conservari voluit, ad quem finem obtinendum, illam prærogativam successione A-

*Jus Agnationis tantum locum habet in familiis illustrioribus.*

*Est Juris Gentium.*

*It. Juris Hebræorum.*



*Juris Ro-  
mani.*

gnatorum introduxit ; vid. Zepper. *d. Leg. Mos. lib. 4. c. 23. p. 611.* Selden. *d. Success. Hebr. c. 1. & c. 19.* Reink. *d. Reg. S. & Eccl. L. 2. cl. 2. c. 3. n. 12.* Unde pro conservatio-  
ne notabiliorum familiarum, & Græci & ab his Ro-  
mani similes leges sibi introduxerunt, *tot. tit. de Legi-  
tima Agnatorum successione & tutela.* quæ eo magis pro  
justis æstimandæ, quo exemplo divinæ Legislationis  
nituntur. vid. *H. Gr. d. 7. B. & P. l. 1. c. 1. §. 16. 17.* Hugo  
de Roy *de eo quod justum est. l. 2. tit. 3.* Gaudent. *de  
fœm. exclud. a Success. c. 1. & 2.* Inde ad plerasque gentes  
Europæ Agnatorum in Successione prærogativa de-  
rivata est, uti de Singularum gentium moribus testi-  
monia varia adducit, Autor der *Erörterung der Fra-  
ge / ob die Reichs Ritterschafftliche Töchter / gegen  
verhandene Söhne ultra congruam dotem ein Erb-  
schafftis-Recht zu prætendiren haben.* Ubi in Specie  
quoq; de Germania nostra, præter ea quæ tradit Ta-  
cit. *d. mor. Germ. c. 18. & 20;* insignia adducit monumen-  
ta antiquissimæ & continuatæ hujus juris in illustrio-  
ribus Germaniæ familiis observantiæ.

*Juris Ger-  
manici.*

Th. XIII.

*Cur Justi-  
nianus illam  
eliminave-  
rit.*

Apud Romanos Agnatica Successio, ab incu-  
nabilis Reip. recepta, ac Antiquissima lege XII. Tab.  
corroborata, magis magisque sub statu libero aug-  
mentum accepit; Imperatores vero animadverten-  
tes præpotentiam illustrium Romanorum Familia-  
rum ipsis periculosam esse, paulatim privilegiis ac  
prærogativis agnatorum successione, iterum detra-  
here cœperunt. vid. §. 3. *Inst. de legit. agnat. success.* Do-  
nec Imperator Justinianus ex ignobili prosapia  
oriundus, & hinc Splendori Antiquæ nobilita-  
tis



tis infensus, fæminisque nimis indulgens, post varias leges quibus successioni Agnatorum detraxerat, *l. 14. C. d. legit. her. l. 4. C. d. lib. præter. Nov. 21. pr. & c. 1. & c.* tandem omnem agnatorum ac cognatorum differentiam quoad successiones sustulerit. *Nov. 118.* quam tamen constitutionem tanquam conservationi familiarum Illustrium exosam, vid. Muscul. *d. Success. Constitutio conv. & anom. membr. 2. cl. 1. concl. 4. lit. B. n. 125.* in provinciis Imperii occidentalibus ad observantiam venisse, vix probari poterit. vid. Gothofr. *in not. ad. l. 3. C. d. non recepta. Collat. lit. b. Menoch. d. Arb. jud. qu. cas. 149. pr. Tusch. Concl. 666.* vid. præprimis Dn. Herm. Conring. *d. orig. Nec diu in jur. German. c. 20.* nec diu admodum in orienti, vid. Dn. Struv. *Synt. Jur. Civ. Exerc. 1. th. 70. cum multis ibid. alleg.*

Th. XIV.

Cum vero illi qui manuum opera quotidianum victum sibi suisque quærunt, e. gr. Rustici, Mercenarii, opifices, & magis de necessaria sustentatione liberiorum suorum, quam de gloria & memoria nominis ac stemmatis sui solliciti sint; & sic hos filiabus & ex his natis æque ac filiis prospicere voluisse probabile sit; ex hac præsumta defunctorum voluntate, æqualis successio, sine differentia sexus, secundum sanguinis propinquitatem magis conveniens erit; ita tamen ut quibus maritus juxta conditionem suam ad familiæ suæ alimentationem usus est, iterum in eadem familia maribus præcipua maneant, vulgo res expeditoriæ seu *Heergewette* dicta; contra, muliebria, *Gerade* sexui fœmineo cedant. vid. Richt. *d. Success. ab intest. Sect. 1. membr. 1. n. 50. & seqq.* ex quo antiquissimo, non

solum Saxoniae, sed plerorumque Germaniae locorum jure, iterum elucescit, quod in deferenda successione, respectus habeatur ad praesumptam voluntatem plerorumque illius conditionis parentum, & quantum circumstantiae patiuntur ad singulare aliquod Agnationis jus: vid. Coler. 2. dec. 262. n. 4. Carpz. lib. 3. C. ult. def. 37. Struv. Synt. jur. Civ. Ex. 38. th. 37.

Th. XV.

*Jo Justinianeum contra patrios mores & leges non obligat.*

Cum autem manifestum sit, jus Justinianicum in Germania nostra pro absoluta positiva lege non observari, sed sub initio seculi XV. erectis in Germania Academiis & accersitis ad has ex Italia Professoribus, primum illud in scholis explicari, ac sic sensim in casibus jure patrio dubiis in usum fori adhiberi incepisse, vid. Conring. d. Or. Jur. Germ. c. 32. Et licet sub finem dicti Seculi XV. Anno 1495. in ordinatione Judicii Cameralis, hujus judicii Assessores sub juramento constringantur, quod juxta jus Caesareum judicare velint, illud tamen expresse eo restringitur, ubi jura & mores patrii deficiunt; vid Christoph Lehmann. Spenersche Chronik. l. 4. c. 21. pag. 337. sub qua limitatione similes subsequentes constitutiones de jure communi seu Caesareo loquentes intelligendae sunt. e. gr. Ord. Cam. de anno 1500. §. ordnen sehen ic. Constit. Maximil. von Unterricht der Notarien de anno 1512. §. und nach dem von gemeinen Rechten. Ordin. Cam. de 1555. p. 1. tit. 13. §. 1. & p. 2. tit. 3. §. fin. & c. Relicta enim Germaniae sua libertas & propriis legibus vivere cuique loco ab antiquis permissum temporibus Lehm. Chron. Spir. c. 21. p. 337. Conring. de Or. Jur. Germ. d. l. vid. Ord. Cam. p. 1. tit. 13. §. 1. Ordin. Crim. praefat. in fin. & art. 122. & c.

Th. XVI.

Unde tandem concludimus, quod prærogativa *Pro jure A-*  
 successione Agnatorum, in ratione naturali fundata, *gnationis est*  
 legibus Divinis approbata, Gentium moribus obser- *presumptio*  
 vata, ac præcipue in nostra Germania ab Antiquisfi- *donec con-*  
 simis temporibus usitata, adhuc hodie sit attendenda *trarium*  
 ac observanda, donec ejus mutatio probetur, & licet *probetur.*  
 ordinarie pro observantia juris Civilis Romani in Ger-  
 mania præsumendum sit, Carpz. *p. 2. Const. 16. def. 15.*  
*n. 8. Struv. Synt. Jur. feud. c. 1. th. 13. cum ibid. alleg.* illud  
 tamen tantum est intelligendum ubi de alio patriæ ju-  
 re, vel observantia non constat; cum illud jus Justini-  
 aneum nobis non nisi subsidiarium usum præbeat; *per*  
*retro allegata.* quemadmodum enim leges, ad illa quæ  
 ut plurimum accidunt & non quæ perraro, aptari de-  
 bent, *l. 4. 5. 6. ff. d. L. L.* ita quoque consuetudo (quæ  
 eandem vim & effectum cum jure scripto habet, *§. 9.*  
*7. d. 7. N. G. & C. l. 33. ff. d. LL.*) secundum ea quæ ut  
 plurimum, non quæ uno alterove casu forte contige-  
 runt explicanda; cum ergo in Germania pleræq; illu-  
 striores familiæ præcipue in bonis avitis immobilibus  
 pro conservando splendore familiæ, ex præsumto vo-  
 to primorum acquirentium, agnatis præ cognatis  
 prærogativam circa successione ab intestato ab an-  
 tiquissimis temporibus huc usq; concesserint, & hinc  
 ad amputandas licet min9 fundatas lites ac controver-  
 sias, partim perpetua fideicommissa familiæ, partim filia-  
 rum renunciationes, confraternitates, feuda oblata,  
 Ganerbinatus fœdus de quo vid. Rittersh. *partit. feud.*  
*l. c. 17. Wehner. voce Ganerben.* & similes præcautio-  
 nes

nes invenerint adhibuerintve, & per hoc satis ostenderint, quod ad familiarum suarum conservationem prærogativam successionis agnatorum juxta antiquas leges & mores conservare & tantum quascunque contra hanc excogitabiles exceptiones, contradictiones & processus pro possibili, amputare iisdemque prævenire voluerint; Huic laudatissimo juri ac moribus, per hoc derogari non debet, si forte in aliqua nobiliori familia, vel etiam in particulari quadam provincia ex ignorantia vel errore judicum aut Advocatorum, juxta jus Novissimum Justinianum omnes proxime sanguine juncti, indistincte ad successiones admissi sint; hoc enim his solum qui talem successionem in familiis suis admiserunt, non aliis præjudicare debet.

Th. XVII.

*Valet tantum  
Agnationis  
jus in Germania jure  
Nobilitatis.*

Sic contra illi qui per officia, studia, mercaturam, militiam, aliasque artes liberaliores eo quidem delati sunt, ut ipsi personali dignitate fruantur, singulari vero nominis vel familiæ hereditaria prærogativa non gaudeant, cum in illorum genitoribus jus commune Justinianum circa successiones indubitato hætenus obtinuerit, sub eadem conditione hereditatem suam ad suos posteros transmittunt, nisi per fideicommissum aut alio legitimo modo, aliam voluntatem declaraverint. Ad hoc enim ut aliqua familia, præ aliis certa hereditaria prærogativa insigniatur, ac ad hanc conservandam jus Agnationis introducatur, in certo civili statu opus est singulari privilegio, quale per nobilitationem generis introducitur, ut sic ex stemmatis seu sanguinis Nobilitate, nisi particulares mo-

mo-

mores vel statuta obsint, recte ad jus agnationis con-  
cludi possit, quemadmodum concessa e. gr. ser-  
vitate, omnia illa quoque concessa videntur sine qui-  
bus illa commodè uti non possem, vid. l. 10. ff. de Ser-  
vit. l. 20. §. 1. d. Serv. l. Pr. l. 3. l. 11. §. 1. Comm. Præd.

Th. XVIII.

Notanter tamen regulæ, quod pro Agnatica suc-  
cessione in illustrioribus familiis præsumendum sit,  
adjecimus limitationem, nisi aliud moribus invaluerit,  
quod non tantum generali totius provinciæ consue-  
tudine, sed etiam de speciali in certa familia recepto  
sucedendi more intelligendum; eo ipso enim dum a-  
gnati scienter patiuntur fœmineam seu cognativam  
successionem, sibi præjudicant. vid. Gratian. Cons. 9.  
n. 158. vol. 1. Decian. Cons. 24. n. 108. vol. 1. Rosenth. de  
feud. c. 7. concl. 34. n. 20. Paris. Cons. 15. n. 17. vol. 1. Et ob-  
servantia successionis fœmineæ satis probatur si semel  
fœminæ vel cognati fuere admissi. Besold. Thes. jur.  
Præct. c. 20. lit. E. Rosenth. d. c. 7. concl. 60. n. 1. Vult. d.  
feud. l. 1. c. 9. & Feudistæ passim. Unde Potentissima  
Domus Brandenburgica recte sibi asserit successionis  
jus in Ducatus Juliæ, Cliviæ, Montium ac Comitatus  
Marçæ & Ravensberg, ex jure agnationis, contra  
cæteros prætendentes, uti hoc solide demonstratum  
in Assertionem juris & universalis successionis Sereniss.  
Electoris Friderici Wilhelmi Marchionis Bran-  
denb. &c. &c. &c. gloriosissimæ memoriæ, in dictis  
provinciis, contra contrarias prætensiones, Berolini  
anno 1655. edita. quo curiosum lectorem remittimus!

Juri Agna-  
tionis dero-  
gatur si se-  
mel fœmi-  
na admissa.

Th. XIX.

Non tamen juribus fœminarum vel cognato-  
rum

D

Per usitatæ  
renunciatio



*tionem fi-  
liarum a-  
gnationis  
juri non de-  
rogatur.*

rum prætensionem quicquam accedit, ex usitata in no-  
stra Germania renunciatione filiarum, quasi per hanc  
demum licet non aliter quam jurato factam filiae ac-  
cepta dote ab hereditate parentum excludantur, vid.  
Kellenbez. *tr. de renunciat. success. qu. 3. & qu. 7. n. 7. &  
seqq.* Richt. *dec. 69. n. 2. & seqq.* Coler. *dec. 38.* Carpz. *p. 2.  
C. 35. def. 6.* Musc. *concl. 5. n. 234.* Gail. *2. O. 147. n. 13. 14.  
Gutierrez d. jur. confirm. l. 1. c. 19. n. 3.* Oldend. *5. Class. 3.  
pr. n. 4.* per consequens si talis renunciatio vel plane  
omissa, vel non jurato facta, hæ, cum successoribus  
suis ad successionem indistincte admittendæ sint,  
juxta axioma Philosophorum, Privatio præsupponit  
habitum; Vel enim constat quod in specie in illa, vel  
in genere in aliis ejusdem conditionis familiis ejus  
provinciæ, filiae ad successionem alias admiffæ sint,  
vel dum omnes filiae hætenus successioni renuncia-  
runt, casus allegari non potest, ubi illæ ad æqualem  
successionem actu pervenerint; Priori casu rursus  
distingvendum existimamus, an illud pactum renun-  
ciativum initum fuerit cum Patre an vero cum fratri-  
bus solum; si cum Patre, illud valebit licet juramen-  
tum non accesserit, ut ita talis renunciatio non tan-  
tum propter accedens juramentum, de jure Canon.  
sustineatur *per C. 2. X. d. pact. in VI.* vel de Consuetu-  
dine *per retro allegata*, sed etiam de jure Civili; cum  
enim paterna dispositio inter liberos valeat quomo-  
docunque *l. 21. §. f. & Auth. quod sine. C. d. testam. ibique  
Dd. l. fin. C. fam. ercisc.* ita tamen ut salva illis maneat  
legitima, *l. 35. §. 2. C. d. inoff. testam. ibiq. Dd.* non video  
cur talis per patris pactum declarata voluntas, ne præ-  
ter acceptam dotem quid aliud ex hereditate patris  
spe-

*Renuncia-  
tio patri fa-  
cta valet si-  
ne jura-  
mento.*

*etiam de ju-  
re civili.*

speraret, invalida dici possit: & quamvis Dd. commun. dissentiant 1. per *l. fin. ff. d. suis & legit. her.* tamen hæc lex renunciationem ipsam non improbat sed tantum decidit, quod per illam jus successionis non immutetur, ita sc. ut si illa renuncians filia, inter heredes suos fuerit, per factam renunciationem, jus suicitatis non amittat, sed actu primo revera heres fiat, licet hereditatem actu secundo non acquirere possit. vid. Struv. *Synt. jur. Civ. Exerc. 34. th. 16. 18. & seqq.* & hinc fratribus forte ante patrem mortuis, ipso jure ad hujus hereditatem admittitur. Gail. 2. O. 48. n. 10. Muscul. *Concl. 6. lit. e. & seqq.* Neque secundo Doctoribus patrocinator. *l. 3. C. de Collat.* est enim hæc lex (sicuti leges Codicis pleræque) rescriptum in causa singulari emanatum, & videtur casum præsupponere ubi filia cum fratribus pacta fuerat, quod pactum tanquam de hereditate viventis, juris autoritate improbatum dicitur. Neque 3. obst. *l. 35. §. 1. C. d. inoff. testam.* quia exheredationem immeritam præsupponit, contra quam instituendam querelam inofficiosi, nulla pactioe excludi debere ibid. deciditur. Neque 4. obstat *l. 94. ff. d. acquir. her.* in nostro enim casu filia non per nudam renunciationem sed ex accedente paterna voluntate excluditur. Interim hoc largimur, si statuto introductum, ut renunciatio filiarum non nisi jurata valeat, illud observandum. vid. Carpz. *p. 2. C. 35. def. 6. cum seqq.* Ubi vero filia cum fratribus super renunciatione pacta fuit, illa tanquam de hereditate tertii viventis juris autoritate improbat, vid. Hahn. *d. jur. rer. concl. 79. & seqq.* & hinc tanquam contra prohibitionem legis facta inefficax est, si tamen, eidem accesserit

Fratri fa-  
rit et non nisi

*accedente juramento.* rit juramentum, ipsi quæ juravit quidem deneganda est actio, per *C. 2. X. d. pact. in 6. to* cum simil. quia tamen alter contra legis prohibitionem & sic in fraudem legis tale juramentum exegit, heredibus renunciantis illud juramentum non nocere verius est, quamvis Dd. communiter dissentiant. Cum enim citra juramentum actus in se fit nullus, obligatio autem ex solo juramento fit personalissima, hæc ad hæredes non transfibit, uti erudite demonstrat Hug. Grot. *d. I. B. & P. lib. 2. c. 13. n. 17.* quam decisionem in omnibus illis casibus, ubi actui alias legibus invalido, juramentum accessit, observandam existimamus, nisi certissima fori observantia quasi per novum jus aliud sit introductum.

*quod heredes non obligat.*

Th. XX.

*Ex ommissa renunciazione, filia jus succedendi non competit.*

Quando vero, dum hæctenus in illa familia omnes filiaë successioni renunciaverunt, casus allegari non potest, ubi illæ, vel ex his nati ad æqualem successionem actu pervenerint, ex tali usitata renunciazione aliquo casu ommissa non sequitur prærogativam successionis agnatorum cessare, cum enim nemo suum jactare voluisse facile præsumendus sit, probabile non est, omnes retro filias amplas hereditates ita abdicare voluisse, si certum jus ad illas consequendas habuissent; potius talis renunciatio tanquam superflua cautio ad amputandas minus fundatas controversias adhibita censetur, & ex eam familia sæpius repetita, enixa antecessorum voluntas apparet, quod bona sua non nisi ad agnatos devolvi velint, & inducit fideicommissum tacitum, cui postea nuda renunciazione omissione præjudicari non potest. vid. Dr. Præs. Disp. de fidei-

*in non nige*

*fidei-*





*fideicom. tacito.* & cum hanc materiam simul cum strenua defensione prærogativæ successione Agnatorum, Dn. de Pachelbl. *in d. tr.* Erörterung der Frage/ ob die Reichs-Ritterschaffliche Töchter gegen verhandene Brüder *ultra congruam dotem* ein Erbschafts-Recht haben / solide pertractaverit, ac Incl. ta Facultas jurid. hujus Acad. sua decisione illam opinionem corroboraverit: eo curiosum lectorem remitto.

Th. XXI.

Cum autem in confesso sit, præsupposito agna- *Fœmina se-*  
tionis jure, filias fratres non habentes paren- *mel exclusa*  
tibus quidem succedere, nisi vel singulari lege, vel *semper ex-*  
feudi aut fideicommissi jure excludantur, per fra- *clusa ma-*  
tres vero easdem a successione excludi. Illud tam in *net.*  
feudis hereditariis, quam in aliis casibus successione  
agnaticæ maximè controversum, an deficientibus fi-  
liis, soror vel amita admittatur? seu quod idem est,  
an fœmina semel exclusa, semper maneat exclusa? in  
cujus quæstionis resolutione Feudistæ desudant, illam-  
que pro & contra rationibus ac præjudiciis fulcire ni-  
tuntur, pro negativa militant Dd. Commun. vid. Pi-  
stor. *part. 2. qu. 36.* Struv. *d. feud. c. 19. §. 8. n. 6.* Carpz. *p. 3.*  
*c. 28. def. 15.* ubi post multa allegata ex Petr. Heig. *p. 1.*  
dicit, contrarium sentientes, vix inter prudentes ho-  
die locum tueri posse, ac magis commiseratione,  
quam acriori castigatione dignos esse. Qua tamen in-  
crepatione inperterriti non dubitamus affirmativam  
tueri; Idque non solum per textum juris feud. *l. f. 6.*  
sed etiam cum hic textus variè soleat torqueri, per

rationes juris agnatorum evidentes ; Est autem in confesso quod filia quidem si nulli filii adsint, & alia specialis ratio non prohibeat, quamvis proprie agnata non sit, agnationis tamen jure gaudeat. vid. Vult. *Comm. Inst. d. legit. agn. success. pr. n. 6. 7. 8. 9.* ultra filias vero jus agnationis sese non extendat, per clarum textum juris Divini *Numer. c. 27. v. 8. 9. 10. 11.* deinde per textum juris Civilis in *l. 7. ff. d. legit. tutor.* quæ lex cum juxta inscriptionem ex Caji institutionibus defuncta sit, ex hisce merito supplenda, ubi *sub tit. d. Intestator. heredit.* Jctus dicit, præter filiam, amatam & reliquas fœminas agnationis jure non gaudere. Unde filia masculo existente per statutum a paterna hereditate exclusa, si modo filius semel heres fuit, postea non admittitur. Bart. *ad L. ult. ff. ad Sctm Trebell.* quam sententiam communem interpretum esse dicit Gothofr. *in not. ad l. 3. C. d. Collat. lit. g.* allegans quoque Capell. *Tholos. dec. 459.* in ingenuis enim familiis ex prima autorum intentione masculi omnes qui ex eadem stirpe descendunt fœminis præferendi, cum per hos solos familia continuetur, per fœminas autem illud fieri nequeat, cum non solum nubendo in aliam familiam transeant, eique liberos pariant, sed & qualibet conjunctione heredes sibi relinquunt, quis autem honos parentum nomini ex illegitimis accedit, quis familiæ splendor ex probroso partu? idcirco Reip. quam maxime interest introducta familiarum dignitate, easdem in masculis conservari. vid. Valent. Forster. *d. Success. l. 3. c. 13. n. 7.* publice enim interest ut ordinum dignitas, familiarumque salva sit, inquit Ulpianus *in l. 1. §. 13. ff. d. ventr. insp.*

*Spic.* Dum ergo illi solum Agnati sunt, qui cum Patre ejusdem sunt familiae, quive ex iis prognati sunt filii & filiae vid. Ulp. *fragm. tit. d. legit. her. n. 27. pr.* quo pertinent textus in §. 1. *Inst. d. legit. Agn. tut. §. 1. I. d. leg. Agn. Succ. l. 4. §. 2. in f. ff. d. gradib.* Omnes autem concedunt quod in feudis hereditariis simili- que successione cohærentis dignitatis vel officii, fe- xus præstantia attendenda ac mares foeminis præ- ferendi sint, 2. f. 30. it. 2. f. 17. it. 2. f. 11. cum simil. præ- præprimis 1. feud. 6. §. 1. v. H. Grot. d. 7. B. & P. l. 2. c. 7. §. 17. necessario sequi videtur ad Sororem vel Ami- tam feudum vel successione non devolvi quam diu ex illa familia Agnati licet remotiores adsunt. vid. Vult. d. feud. c. 9. n. 85. cum mult. *ibid. alleg. Gail. 2. O. C. 148. n. 1.* Bocer. d. Succ. feud. c. 3. qu. 4. Andr. Knich. d. Vestit. Paction. p. 1. c. 3. n. 38. & seqq. Vigel. *Meth. jur. feud. pag. m. 223.* Illud tamen primo acquirentium voto magis convenire videtur, ut si stirps masculina plane sit extincta, tunc ad superstites ex illa foemi- nas, quamvis semel exclusas, harumque descenden- tes, successione devolvi; non obst. §. ult. in f. *junct. §. 1. I. f. 6.* ad quem recte respondet Struv. *Synt. Jur. feud. c. 9. §. 8. n. 7.* Nam Agnatio tandem in subsidium & foeminas comprehendit, modo sint ejusdem ag- nationis filiae. *Cavalc. p. 3. dec. 25. n. 11. 12. Peregr. d. fi- deic. art. 22. n. 25. vers. sed contra. Manent. Consil. 54. n. 9. Paris. 3. Consil. 47. n. 41. 60. 65. 70.* nisi singulari le- ge prorsus excludantur, uti e. gr. in feudis masculi- nis.

Th. XXII.

Cum ergo Agnationis jus sit fons memoriae pa- ren-

*Differentia juris Agnationis a fideic. famil.* rentam uti loquitur Jctus in l. 195. §. pen. ff. d. V. S. ac proinde Agnati certo cognomine quod primo progenitori singulariter tributum insigniantur. Hancque nominis sui propagationem, illi quorum Stemma singulari nobilitatis prærogativa notatum, quam maximè intendere videantur. vid. Cujac. Consult. 15. ac talium patrum, erga masculos suæ familiæ affectio, semper major quam erga fœminas esse soleat Gilm. rer. Camer. decis. 6. n. 31. Hinc quidem in successione ab intestato, & si nulla alia voluntas defunctorum appareat, a prærogativa familiæ, ad prærogativam successionis Agnatorum, naturali ratione recte concludi existimamus; non vero solum Agnationis jus, facultatem de rebus libere disponendi adimit, quippe in eo a fideicommissis familiæ differt; quod tali fideicommissio obnoxia, prorsus alienari nequeant, l. 3. §. 3. cum auth. seq. C. Comm. d. legat. Agnati vero liberam de bonis suis disponendi facultatem habent; ita tamen ut quemadmodum in dubio quisque præsumitur, suæ magis, quam alienæ, utut cognatæ sibi familiæ, favere. l. 32. §. fin. ff. d. leg. 2. ita quoque si res inter vivos alienata, in retractu gentilitio, agnatum cognato ejusdem gradus præferendum statuimus; sicut quoque in quâvis adjudicatione domus Paternæ fratrem sorori præferendum, post Mev. p. 2. dec. 51. decidit Dn. Brunnem. ad l. 35. ff. d. Minor. n. 5.

*Prærogativa Agnatorum in negotiis inter vivos.*

Th. XXIII.

*Conclusio.*

Quemadmodum vero boni legislatores, familiarum illustrium conservationi, in quo nervus Reipubl. consistit, student, ita hujus rei testimoniis plena  
na



na sunt juris Justin. volumina, pleni feudorum libri, plena fere omnium rerum publ. statuta, plena eximiorum civium vota; Hinc tot familiarum confraternitates, pacta, fideicommissa, legata, Majoratus, primogenituræ jura. &c. vid. Bets. *d. Pact. famil. Illustr. c. 4.* Surd. *2. Consil. 140. n. 14.* Bodin. *d. republ. l. 5. c. 2. per tot.* Hinc familiæ insignia, de quib. vid. Knipsch. *tr. d. fideic. fam. nob. c. 1. n. 39.* Wehner. *in obs. pract. voc. Helm. Hopping. tr. d. jur. Sigill. c. 8. §. 1.* Nolden. *d. Stat. Nobilit. c. 21.* Hinc ab Imperatore impetranda Sangvinis prærogativa & nobilitas. vid. Hyppol. a Coll. *tr. Princ. consil. Aul. & Nob. c. ult.* ad quæ omnia persequenda tempus hic non vacat. Liceat tantum Coronidis loco repetere; Sine quo Splendor & acquisita a parentibus prærogativa honeste conservari nequit; illud omnibus nomen ac familiam conservantibus concedendum; Et quamvis apud multos in nostra Germania, ex ignorantia juris & erronea applicatione juris Novell. Justin. contrarium irrepsit, illud Germanorum Antiquo. (de quo vid. Tacit. *d. Mor. Germ. c. 18. & 20.*) ac a plerisque illustribus & eximioribus familiis continuato juri non præjudicare. Si vero circa hoc thema in aliquo aberratum, vel etiam illud pro dignitate sua non satis accurate tractatum fuerit, illud benignitate sua supplere, ac juvenili meæ ætati ac festinationi adscribere velit, benevolum lectorem rogo; semperque paratus sum, meliora demonstrantem sequi. Interim DEO SIT LAUS ET GLORIA  
PER OMNIA SECULA.

ANNEXA.

I.



**N** Agnatorum successione, ex primogenito nepotem, filio secundo genito; in successione fratris tertio genitum secundo geniti filiis præferendum existimamus.

II.

Pacta servanda esse non est Juris Naturæ; quavis omne mendacium sit contra jus Naturæ.

III.

Pœnis humanis non Divini Numinis offensio, seu factum impium, qua tale, sed læsio societatis humanæ subjacet.

IV.

In necessaria defensione, adhibitis armis facta, pro repellenda imminente injuria reali, respiciendum est, an aggressus publica auctoritate jus armorum habeat, nec ne.



**A**lta petis studiis, Proavis prognatus ad Alta,  
Sic Genus, Ingenium, Mens pia  
utrumque refert.

Gra-

Gratulor applaudens, cunctis Altis-  
simus adfit,  
Altius ex Alto Te vehat iste gradu.

Ita

Illustr. Domino Baroni, Amico suo  
integerrimo acclamabat

*Carol. Christ. Wilhelm. Comes  
de Pückler.*

---

**I**N studiis quantum profeceris Optime Amice,  
Edocet ingenii hoc nobilioris opus.  
Maecte tuis ausis, & quod doctrina paravit  
Continua crescat sorte perenne decus.

*Generosissimo Domino Baroni de Recke, amico &  
conterraneo suo maxime honorando  
gratulab. app.*

J.C. BARO à WILICH & LOTTUM.

---

**E**S ist ein edler Trieb der Uns zur Tugend treibet/  
Der leget seine Zeit ja wohl am besten an/  
Der sich alhier erwirbt den Schatz so immer bleibet/  
Den weder Krieg noch Feind von Uns entwenden kan/  
Den Zweck hat der erreicht / der durch gewisse Proben/  
Kunst und Geschicklichkeit giebt an des Tages Licht/  
Es werden dessen Fleiß auch selbst die Neider loben/  
Dann Frey-Herr von der Reck verläßt die Tugend  
nicht.

Georg Dietloff von Arnimb /  
Eq. March.

Gratior apphensus, curis Alis-  
fimus adit  
Alis ex Alis Te veltat se gicen

Missa Dominio Baronii, Anno 1700  
inter curiam ecclesiarum

Carolus Christoph. Wilhelmus Comes  
de Pückler

In studio quantum profectus Opus Alis  
habet in hoc negotio opus  
Materiam hanc, & quod doctrina parat  
Commissa est curis perenne hanc

Gratior apphensus, curis Alis-  
fimus adit

J. C. BARON WILHELMUS

Gratior apphensus, curis Alis-  
fimus adit  
Alis ex Alis Te veltat se gicen  
Missa Dominio Baronii, Anno 1700  
inter curiam ecclesiarum  
Carolus Christoph. Wilhelmus Comes  
de Pückler


Georg Dierich von Schumburg  
Ed. March

Alis 17









Halle, Diss., 1698 A-510

ULB Halle  
006 570 291


3



V017







B.I.G.

Farbkarte #13

48. num. 34. P. 22. 32

IO JURIDICA 1698 2a 3

# OGATIVA

## ONIS AGNA- RUM,

um, Naturæ & Gentium

Quam  
GNIFICENTISSIMO  
RINCIPE AC DOMINO,

# DERICO

WELMO,  
ANDENB. HEREDE, &c. &c.

PONDENS  
THIAS REINHARD,

RO von der Rede /

LÆSIDE  
O BODINO,

ISS. ELECTORIS BRANDENB. CON-  
DUC. MAGDEB. ET PROF. JURIS ORDIN.  
atis discursibus collectam

ntilandam proponit  
CTORALI FRIDERICIANA

. August. Anno 1698.  
ITORIO MAJORI

MAGDEBURGICÆ,  
Henckelii, Acad. Typogr.

